Benedictum Prosenski iudicio iuxta iuris formam clamati et non comparentem ex registri ordine ac admissione Officii praesentis iudicialiter contumacem in lucro taxae rerum per citatum receptarum condemnauit In uim autem eiusmodi condemnationis lucri praefati Officium hoc idem Castrense Capitaneale Bransense visa et bene perpensa consideratague Citati clamati et non comparentis contumacia et teme ritate uim cummunis hoc in passu iuris Sancitis et partis Actoreae ac contentis Citationis inhaerendo super praedicto Citato bonisque eius omnibus lucrum taxae rerum tum et damnorum resarcitionem decer nit polnamque pro validitate decreti sui interponit decretique praesentis vigore et sanitionis.

Zdrodowski in lucro taxae

Super Citationem literalem Castrensem Capitanealem Bransensem tenoris eius modi: Franciscus Joannes in Lescon Lesnowolski Bransensis Capitaneus Tibi Nobili Gregorio olim Laurentii Zdrodowski de Zdrodi Antiqua haeredi et eidem bonis tuis vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus et in iudiciis vigore constitutionis Anni Millesimi Sexcentesimi vigesimi primi sub tempus motionis et expeditionis generalis bellicae per modum Terminorum quadrati sanitis feria secunda post citatam praesentis Citationis prius et proximius in Curia Regia Bransensi celebrandis peremptorie compareas Ad Instantiam Instigatoris Judicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Thomae olim Jacobi Dzierzek qui te inhaerendo Constitutioni praefatae sub tempus moderni expeditionis generalis bellicae sancitae et approbatae in vim termini tacti peremptorie citat ideo quia tu in contemptum legum publicarum securitatisque domesticae quae sub hoc tempus legibus Regni prouisa est summam pecuniariam videlicet duodecim Sexagenas grossorum polonicales tibi per ipsum pro equo hocce sub tempore motionis Generalis bellicae tibi concreditam quam tu ibi requisitus ab eo non vis neque curas reddere eidem persoluere faciendo eo in spa cie damnum Actoris quod sibi contra te ad centum marcas pecu niae cum summa essentiali taxat. Citaris itaque ad videndum et audiendum summam praefatam per te restitui poenasque legum eo nomine sancitas desuper te decerni sis iudicialiter responsurus Datum in Curia Regia Bransensi feria secunda post festum Natiuitatis

6099 e5

Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sex
centesimo Quinquagesimo primo Cuius quidem Citationis praeinsertae
Copiam Sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Stanislaus La
terayko ab una integra ante Terminum praesentem septimana
in bonis Citati propriis posuisse et publicasse recognovit Memorata
pars actorea citatam supra nominatam partem ad Officium prius
per Minlem Regni Generalem Klem Benedictum Proszensky
iudicie clamatam et noncomparentem in lucro taxae pro toto ex Re
gestri ordine ac admissione Officii praesentis vidlt condemnavit In
vim autem eiusmodi condemnationis lucri praefati Officium praesens castri
Capitanlis Branscen visa et considerata Citati clamati et non compa
rentis Contumatia et temeritate iuri communi et partis actoreae affecta
tioni ac contentis Citationis inhaerendo super praedicto Citato bonisque
eius omnibus lucrum taxae rei per Citatum detentae sub poena
banitionis decernit decreti praesentis vigore.

Kobylenski in lucro taxae

Super Citationem literalem Castren Capitanlis Branscen tenoris talis
Franciscus Joannes in Hlozon Lesnowolski Branscensis Capitaneus
vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate Tibi Nobili Petro olim
olim Petri Kobylenski de Kobylino Podsędki haeredi mandamus Ut in
Judiciis vigore Constitutionis Anni 1621 laudatae sub tempus Gentis mo
tionis feria secunda post datam praesentis Citationis prius et proximius in
Curia Regia Branscen celebrandis ptr et peremptorie Compareas Ad In
stantiam Instigatoris Judicii nostri et prius delatoris Nobilis Joannis olim
Marci Kobylenskj qui te inhaerendo Constitutioni Anni 1621 de Securita
te publica sub tempus Gentis motionis Bellicae sancitae citat Ideo
quia tu in contemptum eorundem Constitutionum quibus pax et Se
curitas Unicuique praescripta est ausus es vulneribus eundem actorem
afficere prout defacto affecisti per quod poenas eo nomine sancitas
incurristi ad quas super te decernendas una cum solutione vul
nerum Citantis vidlt iis responsurus Datum in Curia Regia Bransk
feria quarta ante festum Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum proxima
Anno Domini Millmo Sexmo Quinquagmo primo Cuius quidem
Citationis praeinsertae Copiam Sigillatam Ministerialis Regni Generalis
Providus Stanislaus Laterayko ab una integra ante Termi
num praesentem septimana in bonis Kobilino Citati propriis po
suisse et publicasse recognovit Memoratus Actor Citatum sup